



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. □ □ Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Teleph. 49—21. □ □

## Nogi.

Mutshito, Imperator Iaponiae, conditor quasi alter patriae suae, qui cultum<sup>1</sup> atque<sup>1</sup> humanitatem<sup>1</sup> Europae in Iaponiam induxerat, ultimum iter perfecit. Pompa<sup>2</sup> funebris,<sup>2</sup> quae medio<sup>3</sup> die<sup>3</sup> coram<sup>4</sup> milibus peregrinorum parabatur, his ipsis aenigma inexplicabile<sup>5</sup> manebit: mos ille Iaponicus, ut corpus mortui imperatoris quinque bobus veheretur, silentium vastum,<sup>6</sup> quod super exsequias<sup>2</sup> tota urbe agitabatur, belli ducis invictissimi, Marusuchi Nogi mors<sup>7</sup> voluntaria,<sup>7</sup> quam sibi dolore imperatoris mortui unā cum uxore conscivit.<sup>8</sup>

Expugnator gloriosissimus Portūs

Arturii morte sua universum orbem terrarum maerore affecit. Fides enim tanti viri erga imperatorem suum, pietas<sup>9</sup> erga dominum, patriae patrem omnium hominum animos admiratione imbuunt.<sup>10</sup>

Vir ille fortissimus duos filios, aetate florentes in bello pro patria amissos sine questu,<sup>11</sup> mutus,<sup>12</sup> oculis aridis<sup>13</sup> patiebatur, sed morte imperatoris amatissimi adeo afflictus est, ut iam vivere non posse arbitraretur.

Nogi patrium morem secutus ense sibi ventrem incidit,<sup>14</sup> uxor autem eo ipso momento, quo



*Nogi et Togo, classis praefectus.*


1 műveltség 2 temetés  
3 fényes nappal 4 előtt  
5 megmagyarázhatatlan  
6 «mélységes» 7 öngyilkosság  
8 elkövet 9 ragaszkodás 10 eltölt 11 panas  
12 néma 13 száraz  
14 fölívág



tormentorum<sup>15</sup> fragoribus<sup>15</sup> imperator mortuus efferri nuntiabatur, pugione<sup>16</sup> vitam finivit.

Mortem voluntariam perhorrescimus,<sup>17</sup> quia Deo soli, qui nobis vitam dedit, etiam tempus vitae nostrae finiendae permittendum est. Attamen tantā virtute cognitā in reverentiam ducis Iaponici eiusque uxoris inclinamur.<sup>18</sup>

<sup>15</sup> ágyúörgés <sup>16</sup> tör <sup>17</sup> irtózik <sup>18</sup> hajlik.



**LECTARIUS MINIMIS.**

## Peragratores parvi. II.

*Elemerus.* Quomodo rupem escendemus, amice?<sup>1</sup>

*Carolus.* Patientiam!<sup>2</sup> Difficile est hāc chartā viam expedire,<sup>3</sup> sed exspecta paulisper, iam video viam.



## Facinus praeclarum.

Senex ditissimus omnem rem<sup>1</sup> familiarem<sup>1</sup> inter tres filios divisit, solum adamantem<sup>2</sup> carissimum sibi habuit. Hunc — inquit — illi vestrum dabo, qui facinus praeclarissimum patrauerit.<sup>3</sup>

Filii postquam fortunam tentaverunt,<sup>4</sup> post tres menses domum redibant.

Maximus fratrum haec narravit: In via vir ignotus commisit mihi omnes opes suas neque sygrapham<sup>5</sup> mecum<sup>5</sup> fecit.<sup>5</sup> Possidere potui pulchras res omnes; nam si res ad iudicium venisset, iudex omnia mihi iudicasset. Sed ego illa reddidi. Nonne adamantem meritus sum?

— Mi fili — respondit senex — hoc facere

*Elemerus.* Ubi?

*Carolus.* Aspice, in charta accuratissime<sup>4</sup> delineata<sup>5</sup> est.

*Elemerus.* Sed respice<sup>6</sup> finem.

*Carolus.* Hac via eundum est.

*Elemerus.* Sed non eam video.

*Carolus.* Frondem<sup>7</sup> in silvis non vides. Veni! (*Abeunt utrique.*)

★

*Carolus et Elemerus* laete canentes, lento<sup>8</sup> gradu<sup>8</sup> rupem escendunt.

*Elemerus.* Ubinam<sup>9</sup> sunt amici nostri?

*Carolus.* Si rectā viā progressi<sup>10</sup> sunt, conveniemus<sup>11</sup> eos supra.

*Elemerus.* Multo melius erat chartam geographicam inspicere, quam inconsiderate<sup>12</sup> loco incognito<sup>24</sup> viam tentare.<sup>13</sup>

*Carolus.* Recte loqueris, care amice. Et ego — confiteor<sup>14</sup> — inquietus sum de Guilhelmo et Colomanno. Utinam<sup>15</sup> eos iam videamus!

<sup>1</sup> felhág <sup>2</sup> türelem <sup>3</sup> kitalál <sup>4</sup> pontosan <sup>5</sup> lerajzol  
<sup>6</sup> tekintetbe vesz <sup>7</sup> lomb <sup>8</sup> lassú lépés <sup>9</sup> vajjon hol  
<sup>10</sup> halad <sup>11</sup> találkozik <sup>12</sup> meggondolatlanul <sup>13</sup> megkísért <sup>14</sup> megvall <sup>15</sup> vajha

debeas: aliter homo improbus esses. Facinus tuum bonum est, sed non praeclarum!

Filius secundus: In proficiscendo — inquit — vidi puerum, in lacum<sup>6</sup> cadentem. Statim me in aquam praecipitavi<sup>7</sup> et miserum liberavi: testis est totus populus.

— Vitam tuam in<sup>8</sup> discrimen<sup>8</sup> dedisti,<sup>8</sup> sed aliis periclitantibus<sup>9</sup> hoc facere debemus. Facinus tuum bonum est, sed non praeclarum!

Nunc filium minimum ordo<sup>10</sup> vocavit:<sup>10</sup> Erat mihi inimicus quidam; qui cum oves pasceret, in<sup>11</sup> extremo<sup>11</sup> saxo cubans obdormivit. Si in somnis minime se movisset, praiceps<sup>12</sup> provolutus<sup>12</sup> perisset. Sed ego molliter<sup>13</sup> eum excitavi.

— Tuus est adamas! — exclamavit senex. — Solus ille est corde generoso praeditus, qui inimicum magnanime tractat. *G. Totis.*

<sup>1</sup> vagyon <sup>2</sup> gyémánt <sup>3</sup> elkövet <sup>4</sup> megkísért <sup>5</sup> kötelezvényt vesz valakitől <sup>6</sup> tó <sup>7</sup> vet <sup>8</sup> veszélynek kitesz <sup>9</sup> veszélyben forog <sup>10</sup> rákerült a sor <sup>11</sup> szélén <sup>12</sup> előrebukik <sup>13</sup> szeliden.



*Elemerus.* Sine causa te sollicitas,<sup>16</sup> Carole. Amici nostri, qui strenui<sup>17</sup> pedites<sup>17</sup> sunt, certo iam arcem adepti<sup>18</sup> erunt, cum nos illuc perveniemus.

*Carolus.* Quod Deus bene vertat,<sup>19</sup> sed ego timeo, ne viā deerraverint<sup>20</sup> aut quid mali acciderit.

*Elemerus.* Ego te admiror, qui tam intrepidus<sup>21</sup> et quietus es, nunc tam ignavus videris. Unde hic timor?

*Carolus.* Ignoro<sup>22</sup> causam timoris mei. Sed vox quaedam interna<sup>23</sup> me monet, amicos nostros male fecisse, cum viā incognitā<sup>24</sup> per hanc silvam incertam arcem escendere voluissent. Et nos male egimus, cum eos solos abire sinebamus.<sup>25</sup>

*Elemerus.* Non in nobis situm<sup>26</sup> erat eos retinere. Sed attende paulisper. Nihil audivisti?

*Carolus.* Nihil. Scis enim me dexterā aure<sup>27</sup> surdiorem<sup>28</sup> esse. Sed tu quid audis?

*Elemerus.* Hanc vocem: «Succurrite!»<sup>29</sup>

*Carolus.* Nunc iam etiam ego eam audio. Vox est Colomanni nostri, ni<sup>30</sup> fallor.<sup>30</sup> Recte igitur malum praesagivi.<sup>31</sup> Festinemus!

*Elemerus.* Inde vox audiebatur. Illuc<sup>32</sup> specta per frondes! Etiam Guilelmum videre potes, humi<sup>33</sup> iacentem.

*Carolus.* O factum male! Quid agamus? Quo nos<sup>34</sup> vertamus?<sup>34</sup> O miselle<sup>35</sup> Guilelme! vivisne, care amice?

*Guilelmus* (gemens). Vae mihi! Cur non ivimus unā? O mi pater, o misera mater! Quid dicetis, si filius vester mortuus erit?

*Carolus.* Quid rei<sup>36</sup> est? Decidistine care amice? Saxa vestigium<sup>37</sup> fefellerunt?<sup>37</sup> Tu tace, noli te extendere.<sup>38</sup> At tu Colomanne, narra celeriter, quid factum sit.

*Colomannus* (flens). Identidem<sup>39</sup> nescivimus, quā viā eundum esset, itaque itinere deerravimus.<sup>20</sup> Tandem post multa conata<sup>40</sup> irrita<sup>41</sup> illuc evasimus, ubi nunc tu stas, Carole. Repente sub pedibus Guilelmi lapis prolapsus<sup>37</sup> est, ita ut ille miserrimus procidens crus<sup>42</sup> sibi fregerit, ut conicio.<sup>31</sup> Sed nunc non est tempus garriendi,<sup>43</sup> immo auxilium ferendi.

*Carolus.* Recte mones Colomanne. Ego tecum hic maneo cum aegroto nostro. Tu Elemere, quam celeriter potes hac via, qua nos evasimus, decurre ad medicum,<sup>44</sup> ut auxilium ferat.

*Guilelmus.* O me miserum, cur non ivi vobiscum viā rectā, o cur fui tam inconsideratus?<sup>12</sup> Cur non mansimus unā, quem admodum<sup>45</sup> decuit, o... (evanescit!).<sup>46</sup>

*Elemerus.* Nos in schola artem aegrotos tractandi,<sup>47</sup> vulnera obligandi<sup>48</sup> aliaque huius modi didicimus. Primum inspiciam<sup>49</sup> vulnus Guilelmi, deinde auxilium primum adhibebo,<sup>50</sup> tum demum ad medicum curram. (Cautē<sup>51</sup> inspicit crus aegroti, exclamat.) Gratia Deo, nihil est praeter tibiam<sup>42</sup> luxatam.<sup>52</sup> E sudariis<sup>53</sup> nostris fomenta<sup>54</sup> facio et hoc momento ad medicum curro.

*Carolus et Colomannus.* Vivat Elemerus!

*Guilelmus* (oculos aperiens). Gratias tibi et vobis, carissimi amici.

16 izgat 17 derék gyaloglók 18 elér 19 fordít 20 eltéved 21 bátor 22 nem tud 23 belső 24 ismeretlen 25 hagy 26 feküdt, rajtuk állt 27 fül 28 süket 29 segítségül siet 30 ha nem csálódok 31 sejt 32 oda 33 a földön 34 fordul 35 szegény 36 «baj» 37 kicsúszik 38 erőltet 39 ismételten 40 kísérlet 41 hiábavaló 42 lábszár 43 fecseg 44 orvos 45 amint 46 elájul 47 kezel 48 kötöz 49 megvizsgál 50 alkalmaz 51 óvatosan 52 kifecamít 53 zsebkendő 54 borogatás.

## Guil. Muelleri carmen «Im Krug zum gruenen Kranze...»

Latine vertit Guilelmus Lehmann Vratislaviensis.


<i>Tabernam fronde complam<sup>1</sup></i>	<i>Stat poculum completum,</i>	<i>Consedi prope virum</i>
<i>Intravi sitiens.</i>	<i>Sed non ebibitur:</i>	<i>Os eius intuens,<sup>5</sup></i>
<i>En mensae vini plenae</i>	<i>Defessi<sup>2</sup> fronte pera<sup>3</sup></i>	<i>Amicum plane putans,</i>
<i>Viator assidens.</i>	<i>Ut mole<sup>4</sup> premitur.</i>	<i>Sed, quis sit, nesciens.</i>

*Tum me viator contra  
Inspexit sedulo,<sup>6</sup>  
Implevit scyphum<sup>7</sup> meum,  
Me vidit denuo.*


*Quam sonuere<sup>8</sup> scyphi!  
Ut arsit<sup>9</sup> dextera!  
«Amata vivat tua,  
Mi frater, in patria!»*

1 diszit 2 fáradt 3 «batyú» 4 teher, 5 néz 6 «alaposan» 7 serleg 8 hangzik 9 égni.






Operibus<sup>1</sup> metallorum<sup>1</sup> nostris temporibus tanta copia aeris aliarumque rerum pretiosarum e visceribus<sup>2</sup> terrae effoditur, quantam maiores nostri nec somniaverint. Milleni fossores<sup>3</sup> descendunt quotidie, ut praecipue carbo<sup>4</sup> ille fossilis<sup>4</sup> proferatur, quippe<sup>5</sup> qui ad innumerabilia machinamenta<sup>6</sup>



movenda prorsus<sup>7</sup> necessarius sit. Adamas<sup>8</sup> niger, ut aiunt, instar<sup>9</sup> montium eruitur in dies, qui in naturam<sup>10</sup> electricam<sup>10</sup> mutatus vires humanas expleat.<sup>11</sup> In pictura videmus duas pyramides: alteram carbonis metra mille centum et quinquaginta altam, mille vero et quingenta latam; alteram minorem centum quadraginta sex metra altam, ducenta triginta tria latam. Altera nobis ob oculos ponit, quantum carbonis anno superiore effossum sit, altera clarissimam illam Cheopis ostendit.

Incredibile est pondus<sup>12</sup> ferri, quod singulis annis effoditur. Si consumptio<sup>13</sup> huius



aeris eodem modo multiplicabitur,<sup>14</sup> quo ultimis annis, timendum erit, ne intra sexaginta sex annos totum exhauriatur.<sup>15</sup> Anno MCMX. toto orbe tonnarum<sup>16</sup> quas vocant sescenties<sup>17</sup> quinquagies octies centena et sexaginta milia ducenta sexaginta effossa sunt, tanta moles,<sup>18</sup> ex qua

columna ferrea erigi possit, quae per<sup>19</sup> medium<sup>19</sup> occupet centum et sexaginta metra, per altitudinem quadringenta et quindecim metra, in<sup>20</sup> cuius<sup>20</sup> comparatione<sup>20</sup> turris illa Eiffeliana parva appareat. In pictura pondus illud ferri in<sup>21</sup> conspectu<sup>21</sup> ponitur iuxtaque<sup>22</sup> statua Victoriae.


Metallum illud pretiosissimum, aurum quod anno superiore in usus humanos coactum<sup>23</sup> est, viae ferratae currus quinquaginta sex complere possit.

Inter aera, quorum ultimis annis consumptio<sup>13</sup> uberrima<sup>24</sup> fuit, platina nominari potest. In<sup>25</sup> praesentia<sup>25</sup> nisi in montibus Hyperboreis<sup>26</sup> in usum gemmariorum,<sup>27</sup> artis litterarumque reperitur. Unius anni proventus<sup>28</sup> erat novem milium trecentorum et triginta chiliogrammatum. Quadrantal<sup>29</sup> huius metalli, quo<sup>30</sup>

est pondere, latera tantum septuaginta quinque centimetrorum haberet, pretium autem sescenties<sup>31</sup> sexagies centenorum milium, quia singula grammata circiter 7 coronis, duplo auri pretio constant.<sup>32</sup> *Carthaus et Halke.*



1 bányászat 2 bele, belseje 3 bányász 4 kőszén  
5 mint amely 6 gépezet 7 feltétlenül 8 gyémánt  
9 mintájára 10 villamosság 11 pótol 12 mennyiség  
13 fogyasztás 14 nő 15 kimerít 16 1000 kg. 17 65,860.260  
18 tömeg 19 átmérőben 20 mellyel összehasonlítva  
21 szem elé 22 mellette 23 meggyűjt 24 gazdag  
25 egyelőre 26 Ural 27 ékszerész 28 termés 29 kocka  
30 amilyen... 31 hatvanhat millió 32 kerül.



Francofurti ad Moenum<sup>1</sup> duodecimum certamen remigandi<sup>2</sup> ponebatur inter Gallos et Germanos. Utrunque<sup>3</sup> singuli octoviri aderant, e quibus Galli, nunc octavum, victores abierunt. Parisini post acre certamen Germanos unius metri spatio antecesserunt.<sup>4</sup>

1 Majna 2 evez 3 mindkét felől 4 megelőz.





Tres aëronautae militares Gallici, *Lafarge, Reimbert, Joly* summā cum diligentia rebus aëronauticis student inquirentes,<sup>1</sup> quomodo deserta<sup>2</sup> Africae volando traicere possint.

Hi viri mense Martio huius anni suum quisque biplanum conscendentes comitantibus singulis hominibus castra, in colonia Gallorum sita reliquerunt et eo ipso die usque ad oasis Dzsema volantes pervenerunt. Postero die usque ad oasis Tuggurt tribus horis et dimidia, iter chiliometrorum ducentorum emensi<sup>3</sup> vehebantur, quod iter quattuor diebus cameli perficere solent. Galli sperant fore, ut hac ratione facile omnes colonias in desertis Africae adire possint. Quod si effici poterit, magistratus ac milites posthac in coloniis longinquissimis machinis aëronauticis pro camelis utentur.

Machinae bis in mense in intima deserta ab oris<sup>4</sup> maritimis<sup>4</sup> ibunt et redibunt; vicena vel tricena aëroplana in vecturas<sup>5</sup> coniungentur, quoque ternis hominibus sedentibus.

Iter chiliometrorum octo milium nuper fecit per deserta Renatus e comitibus *le More*, profectus ab urbe Algeria postque multos casus<sup>6</sup> et errores usque ad urbem Timbuktu volando pervenit. Comitatus<sup>7</sup> sunt eum Arabes duo, quorum altero duce et interprete,<sup>8</sup> altero servo utebatur.

Illi experti<sup>9</sup> sunt unam machinam tuto vehi non posse, nam si quis casus<sup>6</sup> proficiscens opprimeret, his regionibus sine spe auxilioque diem<sup>10</sup> obirent<sup>10</sup> supremum.<sup>10</sup>

M. F., Nyiregyháza.

<sup>1</sup> kutat <sup>2</sup> sivatag <sup>3</sup> kimér, «megtesz» <sup>4</sup> tengerpart <sup>5</sup> vonat <sup>6</sup> baleset <sup>7</sup> kísér <sup>8</sup> tolmács <sup>9</sup> tapasztal <sup>10</sup> meghal.

## Iosephus Eötvös\* de Providentia divina et religione.

Qui damnis<sup>1</sup> affectus fiduciam<sup>2</sup> in Providentia divina positam servaverit, eum fortunae tela<sup>3</sup> affligere nullo pacto<sup>4</sup> possunt; at qui eam amiserit, secundis<sup>5</sup> rebus humanis satiari<sup>6</sup> non potest; omnia enim, quae habet, eum variae fortunae<sup>7</sup> commonefaciunt.<sup>8</sup> Nihil est miserius illo homine, qui esse quendam superiorem, in cuius fidem se permittat, credere nolit vel credere nequeat.

\*

Res iucundissima est — ut ait Pascal — naviculā vi venti agitatā vehi, cum scias, eam perituram non esse. Nonne huic rei simillima esse dicenda est eius vita, qui, cum in periculis versatur,<sup>9</sup> oculos plenissimus fiduciā in coelos conicit?

Qui Providentiam in dubium non vocat,<sup>10</sup> ei omnium aliarum dubitationum cruciatus<sup>11</sup> minimi sunt momenti.<sup>12</sup>

\*

Homines religionem ei tantum esse necessariam dicunt, qui se felicem esse non sentiat; sed in terris — ubi nihil certum est et momentum proximum omnibus te privare<sup>13</sup> potest, quibus salus tua nititur<sup>14</sup> — quisnam se felicem sentire possit?

Vincentius Lakatos, Keszthely.

\* *Iosephus Eötvös* baro, scriptor fabularum Romanensium celeberrimus, vir<sup>15</sup> rei<sup>15</sup> publicae<sup>15</sup> gerendae<sup>15</sup> peritissimus, natus est Budae anno p. Chr. n. 1813-o tertio Nonas Septembres. Centesimus ab ortu viri clarissimi annus anno sequenti celebrabitur. Itaque lectoribus Iuventutis has sententias offerre operae<sup>16</sup> pretium<sup>16</sup> esse duximus.

<sup>1</sup> kár <sup>2</sup> bizalom <sup>3</sup> fegyver, «csapás» <sup>4</sup> módon, -képen <sup>5</sup> kedvező <sup>6</sup> kielégít <sup>7</sup> sorsra <sup>8</sup> emlékeztet <sup>9</sup> forog <sup>10</sup> «von» <sup>11</sup> kín <sup>12</sup> jelentőségű <sup>13</sup> megfoszt <sup>14</sup> rá támaszkodik, függ tőle <sup>15</sup> államférfi <sup>16</sup> érdemes.

## Henrici Sienkiewicz Epistula.

Latine interpretatus est *Lad. Lud. Podobiński*.

Boyer d'Agen, clarissimus Gallorum aestheticae magister, nuperrime ad Henricum Sienkiewiczium epistulam misit, in qua ab eo petivit, ut sibi scriberet, quibus rebus ad fabulam «Quo vadis» conscribendam im-



pulsus et quomodo fabula per<sup>1</sup> orbem<sup>1</sup> ex-  
cepta esset. Cui Sienkiewiczus ita respondit :

Vir Humanissime!

Libros «Quo vadis» scribere decrevi, cum  
«Annales» Taciti, cuius operibus vehemen-  
tissime delector, legebam et cum Romae  
diutius morabar. Insuper Siemiradzkius, cla-  
rus Polonorum pictor, qui eodem ipso tem-  
pore Romae habitabat, erat meus dux et  
aliquando mihi sacellum,<sup>2</sup> quod «Quo va-  
dis?» nominatur, monstravit. Tum animo  
concepi fabularem<sup>3</sup> historiam<sup>3</sup> ad illam pri-  
mam Christianorum aetatem pertinentem  
conscribere. Antiqua Roma semper mihi  
admirationem movebat, quae eo maior erat,  
quo plures legebam auctores, in quibus  
Vester quoque clarissimus Gastonius Bois-  
sier non desiderabatur.<sup>4</sup> Haec est igitur, ne  
sim longus, fabulae meae «Quo vadis» origo.  
Nimirum Polonorum persecutiones<sup>5</sup> magnam  
ad mea consilia vim<sup>6</sup> habuerunt.

Quod ad interpretationes<sup>7</sup> fabulae «Quo  
vadis» attinet, fieri potest, ut earum nume-  
rus reliquarum mearum fabularum nume-  
rum exsuperet. Nam praeter interpretationes,  
quae vulgatissimis<sup>8</sup> ac notissimis, ut Bri-  
tannica, Gallica, Germanica, Hispanica, Ita-  
lica nec non Russica expressae sunt linguis,  
habes interpretationes Suecicas, Danicas,  
Batavas, Hungaricas, Slavicas, Lusitanicas,  
Neograecas, Armenias, Finnicas, Lituanicas  
et multas alias.\* Etiam in Iaponia fabulae  
«Quo vadis» interpretatio prodiit, anno  
autem superiore ab Hilmio, Constantinopo-  
litano editore, interpretationem Arabicam  
accepi. Quod ad numerum editorum tomo-  
rum<sup>9</sup> attinet, Te accuratissime edocere ne-  
queo. Sed duodecim annis ante in Britanni-  
cis foliis,<sup>10</sup> quae «Black and White» inscri-  
buntur, legi tomorum britannice a Ieremia  
Curtinio redditorum ac venditorum iam  
plus decies<sup>11</sup> centena<sup>11</sup> milia<sup>11</sup> edita esse. Ex  
eo tempore complures anni praeterierunt  
multaeque et novae editiones prodierunt,  
quoniam Curtinius non unicus fuit inter-  
pres.<sup>12</sup> Cuicumque interpretari libebat,<sup>13</sup> fa-  
bulam convertibat. Itaque, quod<sup>14</sup> sciam, a  
plurimis interpretibus libri mei conversi et  
a plurimis editoribus editi sunt.

Simili modo in Gallia Kozakiewiczii et

Janaszii interpretatione excepta, quae qui-  
dem sola me concedente edita est, infinita  
exstat aliarum multitudo interpretationum,  
quae aut elegantissime sunt vestitae<sup>15</sup> aut  
veste vilissima<sup>16</sup> editae, minimi i. e. uno  
franco vel quinquaginta centesimis vene-  
unt.<sup>17</sup> Iura vero servari non possunt, quon-  
iam iuris<sup>18</sup> litterarii<sup>18</sup> condiciones<sup>18</sup> Russis  
cum reliquis Europae civitatibus non con-  
venerunt. Mei igitur libri ubique conver-  
tuntur neque quisquam me<sup>19</sup> adit,<sup>19</sup> ut sibi  
vertere permittam, nedum<sup>20</sup> mihi mercedem  
det. Plurimam salutem Tibi!

*Scriptor Latinus.*

\* Fabula Sienkiewicziana in linguam Latinam  
conversa post has litteras editas scriptori cla-  
rissimo missa est.

*Moderator.*

<sup>1</sup> a világon <sup>2</sup> kápolna <sup>3</sup> legenda <sup>4</sup> hiányzik <sup>5</sup> ül-  
dözés <sup>6</sup> befolyás <sup>7</sup> fordítás <sup>8</sup> elterjedt <sup>9</sup> kötet  
<sup>10</sup> folyóirat <sup>11</sup> 1,000.000 <sup>12</sup> fordító <sup>13</sup> tetszik <sup>14</sup> ameny-  
nyire <sup>15</sup> kiállít <sup>16</sup> silány <sup>17</sup> kapható <sup>18</sup> a szerzői  
jogról szóló szerződés <sup>19</sup> hozzám fordul <sup>20</sup> nem szólva  
arról, hogy.



Vindobonae secunda hebdomade<sup>1</sup> huius  
mensis ingens multitudo catholicorum con-  
venerunt, ut eucharistiam<sup>2</sup> venerarentur et  
adorarent. Summi<sup>3</sup> pontificis<sup>3</sup> vices<sup>4</sup> gerebat<sup>4</sup>  
Van Rossum cardinalis;<sup>5</sup> praeter quem ad-  
erant alii S.<sup>6</sup> R.<sup>6</sup> E.<sup>6</sup> purpurati<sup>5</sup> decem, multi-  
tudo antistitum<sup>7</sup> cum sex milibus sacerdo-  
tum. Franciscus Iosephus imperator Austriae  
idemque rex apostolicus Hungariae cum  
regiae domus filiis ac filiabus etiam suum<sup>8</sup>  
esse putavit sacra<sup>9</sup> commota<sup>9</sup> prosequi. Non  
defuerunt procures<sup>10</sup> Austriae, Hungariae  
aliarumque terrarum cum omnium fere é  
toto orbe ordinum et condicionum homini-  
bus, inter quos etiam catholici Sinenses  
cernebantur. Numerus eorum, qui pompae

<sup>1</sup> a hét <sup>2</sup> Oltáriszentség <sup>3</sup> pápa <sup>4</sup> képvisel <sup>5</sup> bibo-  
ros <sup>6</sup> Sanctae Romanae Ecclesiae <sup>7</sup> főpap <sup>8</sup> köteles-  
ségének <sup>9</sup> körmenet <sup>10</sup> főurak



sacrae intererant, ad centum milia aestimatur. Dolendum erat, quod sollemnia sacra caeli<sup>11</sup> asperitate<sup>11</sup> et assiduis fere imbribus turbabantur.

**Iacobus Doucet**, qui quondam Parisiis vestificus<sup>12</sup> erat, thesaurum<sup>13</sup> maximum artificiorum<sup>14</sup> sibi comparavit, inter quae notabilia<sup>15</sup> erant opera artis XVIII. saeculi: picturae, imagines<sup>16</sup> delineatae,<sup>16</sup> statucae, artificia<sup>17</sup> meritoria.<sup>17</sup> Quae res in auctione<sup>18</sup> venditae quamquam pretiosissimae erant, tamen vero pretio pluris emebantur, ut opera pictorum Boucher, Fragonard, Watteau, quorum picturae<sup>19</sup> lineares<sup>19</sup> vicenis milibus francorum venibant;<sup>19</sup> sculptoris Houdon sigillum,<sup>20</sup> puerulum quendam fingens<sup>21</sup> quadringentis et quinquaginta milibus emebatur; sella<sup>22</sup> autem obliquis<sup>22</sup> anconibus<sup>22</sup> aetatis Ludovici XV. triginta tribus milibus, sex sellae eiusdem generis ducentis viginti et quinque milibus, mensa aenea aetatis Ludovici XVI nonaginta milibus, supellex<sup>23</sup> unius<sup>23</sup> cubiculi<sup>23</sup> trecentis quinquaginta milibus.

**Aemula**<sup>24</sup> turris Eiffeliana est futura, quam quingenta metra altam Deck et Paetz machinatores<sup>25</sup> et<sup>25</sup> magistri<sup>25</sup> in urbe Düsseldorf exstruere parant. Forma turris simillima est futura Eiffeliana Parisinae; inter columnas os<sup>26</sup> erit arcuatum<sup>26</sup> centum nonaginta quinque metra latum. Arcus primus in altitudine nonaginta quinque metrorum erit et solarium<sup>27</sup> summum, quod in altitudine quadringentorum et quinquaginta metrorum aedificabitur, duabus machinis<sup>28</sup> tractoriis<sup>28</sup> escendi poterit. Turris acie<sup>29</sup> deficiet,<sup>29</sup> in quam scalarum<sup>30</sup> ambitus<sup>30</sup> feret. Quae turris erit Germaniae media<sup>31</sup> statio telegraphica sine filo.

**Vindobonae** iuris<sup>32</sup> periti<sup>32</sup> in congressum convenerunt, ubi inter alia etiam de poena<sup>33</sup> mortis<sup>33</sup> agebatur. Disceptatione<sup>34</sup> finitā suffragia<sup>35</sup> ferebantur,<sup>35</sup> e quibus quadringenta viginti quattuor poenam illam terribilem abolendam,<sup>36</sup> quadringenta autem et septuaginta retinendam esse censebant. Etsi pars maior virorum doctorum supplicio<sup>33</sup> capitis<sup>33</sup> suffragabantur,<sup>37</sup> tamen omnes homines, qui etiam iudicem hominem erroribus obnoxium<sup>38</sup> existimant, abolitionem<sup>36</sup> necis publice<sup>39</sup> committendae etiam inter iuris con-

sultos tot defensores habere non sine gaudio intelligent.

**Nos omnes** iam audivimus vel legimus de ponte illo celeberrimo, quem I. Caesar decem diebus in Rheno flumine fecit. Quanti momenti sit in bello traiectus<sup>40</sup> fluminis cuiusdam opportunist, vel inde elucet,<sup>41</sup> quod



pontibus exstruendis pars militum semper exercetur. Nuperrime in Gallia, in Pictonibus<sup>42</sup> certamen<sup>43</sup> ludicrum<sup>43</sup> committebatur, ubi circa 50 machinae aeronauticae adhibebantur. Pons, quem pictura ostendit, quam brevissimo tempore a militibus Gallicis exstructus est.

**In ultimo** Iuventutis numero mentionem<sup>44</sup> fecimus discipuli, qui de summo ponte Francisci Iosephi in Danubium desiliens undis obruebatur. Nunc nuntius similis nobis Berolino affertur, ubi Ericus Bittner in columnam<sup>45</sup> Victoriae evasit, ut operā<sup>46</sup> umbellae<sup>47</sup> pensilis<sup>47</sup> desiliret. Quem saltum mortis fieri iusserunt, qui e spectaculis cinematographicis quaestum faciunt. Miserrimus cum in eo esset, ut desiliret, umbella tergo<sup>48</sup> aplata<sup>48</sup> defecit,<sup>49</sup> ita ut Bittner mortuus humi prostratus<sup>50</sup> sit. In tumultu, qui sequebatur, cinematographici elapsi sunt.

11 rossz időjárás 12 szabó 13 gyűjtemény 14 műremek 15 nevezetes 16 rajz 17 iparművészeti cikk 18 árverés 19 venni elkel 20 szobrocska 21 ábrázol 22 karosszék 23 egy szoba bútor 24 versenytárs 25 mérnök 26 ívelt nyílás 27 erkély 28 felvonógép 29 esúcsban végződik 30 csigalépcső 31 központi 32 jogtudós 33 halálbüntetés 34 vita 35 szavaz 36 eltörül 37 rászavaz 38 alávetett 39 az állam részéről 40 átkelés 41 látszik 42 Poitou 43 harcjáték 44 említés 45 oszlop 46 segítségével 47 szálló ernyő 48 hátához alkalmaz 49 megtagadta a működést 50 elterül



**Turbine**<sup>51</sup> horridissimo afflicta est pars australis<sup>52</sup> Sinae, quo quadraginta milia hominum periisse, plus centum milibus domicilio victuque quotidiano spoliati<sup>53</sup> esse nuntiantur. Cum hoc vere navi Americana, cui nomen erat Titanic, mille homines absumerentur, cum post mensem aliquot cives in oriente patriae nostrae turbine vitā privarentur, cum nonnullis annis ante Messina, urbs florentissima terrae motu tentaretur,<sup>54</sup> totus orbis terrarum conclamavit. Imperio Sinensi deest sensus<sup>55</sup> ille communis.<sup>55</sup> Quadragies<sup>56</sup> centies<sup>56</sup> centena<sup>56</sup> milia<sup>56</sup> huius terrae extremi<sup>57</sup> ingenii<sup>57</sup> sunt, qui una cogitatione coalescant,<sup>58</sup> uno dolore moveantur, uno animo teneantur.

51 forgószél, tájfun 52 déli 53 megfoszt 54 «megráz»  
55 közszellem 56 400,000.000 57 nem oly szellemű  
58 egyesül.



**Dominus.** Cur mendicas,<sup>1</sup> cum laborare possis?

**Mendicus.** Amicus sum humani generis. Nolo aliis occasionem laborandi adimere.

*Guil. Weiss.*

**Praetor** ad recognoscendos<sup>2</sup> exercitus ventitans milites haec interrogare solebat: 1. Quot annos natus es? 2. Ex quo tempore militas?<sup>3</sup> 3. Vivuntne tibi utrique parentes? Ad quae milites sic respondebant: 1. Unum annum et viginti. 2. Duos annos. 3. Utrique.

Semel praetor ille severus militem quendam stolidum<sup>4</sup> interrogavit: Ex quo tempore militas? Annos viginti et unum — respondit territus. Quot annos natus es? erat interrogatio secunda. — Duos annos, erat responsum.

Praetor singulari<sup>5</sup> responso oppressus<sup>6</sup> secum murmurat: Aut ego sum demens,<sup>7</sup> aut tu.

— Utrique, respondit miles stolidus.

Budapest, III. reg. gymn.

*Lad. Pausz.*


**Paulus.** Matercula, linguam mihi mormordi.

**Mater.** Porrige<sup>8</sup> eam!

**Paulus.** Non faciam, quia magister vetuit.

*Idem.*

1 koldul 2 vizsgál 3 katonáskodik 4 ostoba 5 különös  
6 meglep 7 bolond 8 kinyujt.



I.

**Aliquis** me alloquitur: «Hic sum ego mi fili!» Neque tamen meus pater est. Quis est ergo?

II.

	E	P	X
	U	L	G
	A	L	U
	E	H	R
	A	R	U
	E	N	O
	U	L	A

Litterae ordinentur ita, ut quartā quāque expletā vocabulum notissimum efficiatur.


*G. Beöthy.*

III.

**Vocabulum** constat e septem litteris. 1. 2. 3. bestiolam, 4. 5. nomen vocis, 3. 4. 5. 6. 7. vocabulo Graeco columnam, 4. 5. 6. 7. genera armorum, totum autem animal quadrupes significat.

*C. Tertl.*

IV.



Amicis nostris, qui quarto anno ineunte nobis congratulabantur, hac via gratias agimus. Singulis responderé spatium exiguum vetat. — De ceteris litteris proxime.

Moderator ephemeridis **STEPHANUS SZÉKELY DR.** Budapestini, *Üllői-út 71.*, ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.